Fragmentarium

Furfura capillorum uerissima faciunt dampna ita ut ex capite
eos eiciant. Si autem albe sicut grana furfuribus simillime.
Que ex duabus causis fiunt. Una pre excerebro exit. alia ex fumo
cui liber transitus capud ascendentis. Curantur autem sic ex contrariis. Si ex
calidis fit. dampnum frigida. Si ex frigidis. calida. Dum ex his capita
est lauanda. Farina ciceris et succo blete tepida. Dum capud laua. Cum salue
succo et aceto idem facit. Diascorides dicit. Succo foliorum sisami si capud
laueris. furfura eicis. mollescit et elongantur capilli. Similiter
fenugrecum in aqua coctum iuuat. si capillos inde lauas. Aliud. mitte .ii. libras
furfuris in aqua calida per diem et noctem integram. ut furfur tantum optineatur.
et fortiter cum manu mota. et in manu collige cuius succo ex pigmentis laua
tantundem aceti iungens. Aliud. mirobalani citrini corticum. ʒ. x pulueriza.
et succo solatri tepida. inde laua. Si patiens frigide nature fuerit. puluis
lupini. et fenugreci et succo blete tepida. cum oleo yrino unge. Aliud. nitrum
fel caprinum et succo blete mixta iuuat. fel arietis etiam nitro. et fel taurinum
cum nitro. mundificatur capitis furfura. si est frigida fuerit natura;

Pustule in capite nascuntur ex nimiis calidis. De pustulis. . . .
humoribus et ex ——— infecto flegmate. Necesse est ergo primo humorem
eiciamus. postmodum capiti unguenta adhibeamus. Frondes cipressi eidem nascentes pilas. pustulis.
frondes tamaricis. bellilici. ebuli. de quocumque horum uolueris fac puluerem et tempera
cum oleo et aceto unge. Aliud. Recipe. litargiri. cerusse. ana. ʒ iiii. zucarii. ʒ iii. galle.
ʒ. i. gummi arabici. dragaganti ana ʒ. ii. puluerizata tempera cum aceto forti. postea unge.
ceram albam oleum roseum. et fac unguentum. Aliud. Cerusse. ʒ vi. litargiri.
cere albe ana ʒ. iiii. sulfuris. uiui. ana ʒ. vii. olei rosati quantum sufficit
Aliud quod criton affirmauit ualere. si nascantur ex flegmate. Recipe.
litargirum. ruta sicca. puluerisata. tempera oleo. atque unge. Aliud. cortex
malignati. acacia. galla. puluerizata tempera cum aceto. et ungantur.
Aliud. tolle parietis frondes uirides et in aqua pista quousque
efficiatur sic medulla. et unge. Si passio fuerit diuturna. et uice
atque acetum pone. Sinoua. aque loco utere aceto. Si fuerit uulnera.
oleum rosatum. et albugine oui apponas. Aliud. tolles amigdalas amaras
mundifica cum aqua calida. et pista. et unguentum fiat. rasisque capud inungas.

Aliud genus scabiei sustinet cutis capitis De fauuis. . . .

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.10, 4r – Constantinus Africanus, Viaticus
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-pzsz/5142/49183)